

HERMATHENA,

Sive

1703

STEPHANI

C O S M I

C. R. CONGR. SOMASCHÆ

Nunc

ARCHIEPISCOPI SPALATENSIS

ORATIONES FUNEBRES

Goram

SER. SENATU VENETO HABITÆ,


ac

PHYSICA UNIVERSALIS

Patritię Venetę Nobilitati prælecta.

*Pars Prior exhibens*

O R A T I O N E S.



FERRARIAE, M. DC. XCI.

In Ædibus Collegii Somas. Operâ Io: Bapt:  
Occbii. Superiorum Facultate.

# INDEX

## Orationum,

*Quæ hoc volumine continentur.*

- De Laurentio Marcello
- De Bertucio Valerio Venetiarum  
Principe pag. 39
- De Augustino Vianolo Magno Ve-  
netiarum Cancellario pag. 87
- De Almerico Estensi pag. 117
- De Comite de la Rocca Oratore Hi-  
spano pag. 155
- De Joanne Baptista Ballarino Ma-  
gno Venet. Cancellario pag. 199
- De Catharinō Cornelio pag. 241
- De Francisco Vindocinenſi Duce  
Belfortii pag. 311

## A D D I T A

- E Logium appositum Imagini Jo:  
Baptistæ Nanii.
- Salutatio in Solemni inauguratione  
Elisabethæ Benzonie.
- Delineatio Studii Adolescentis Pa-  
tritii Veneti.

IN

IN FUNERE  
**LAURENTII  
MARCELLI**  
VENETÆ CLASSIS  
IMPERATORIS,  
CVM IN PUGNA, & VICTORIA  
ADVERSUS TURCAS  
OCCUBUISSET.

*Oratio habita Anno 1656.*

DE LINEATIO STVDII  
Adolescentis Patritii Veneti.

SCOPVS SERM. ANIMIQ; CVLTVS,  
Seu Eloq. Sapientiæ, ac Prudètiæ Habitus.

M E D I A.

**C**VM diuturna experientiâ, & gravissi-  
morum hominum querelâ fatis cōstet  
nullo penè fructu tot ânos ab adolescentibus  
in vulgaribus scholis insumi ; alia incûda est  
via, ne tot docētiū, atq; dissentī labores, op-  
timaq; Reip. spes plane dispereant. Rem autē  
si quis penitiū intropiciat , facile coniicet  
tantâ ingeniore pernicie ex eo oriri, quod in  
studiis instituēdis sola Verborū sit cura , nulla  
rerum habita ratione. Certe humaniorū litte-  
rarū currículū septenniū, & amplius, latine  
lingue notitiā eamq; rudē solummodo parat ,  
mox etiā facili negotio avolaturam. Altiores  
discipline solâ vocū cōcertatione cōtinēntur ,  
neglectâ Naturæ, mundiq; ac Morum cogni-  
tione. Eò igitur toto conatu entendum , ut  
teneræ Nobiliū Iuvenum mentes rerum co-  
piâ imbuantur; atq; interim latine lingue pe-  
rītiā hauriant. In quo tamen consilio, opti-  
mo fauè, ac necessario, pervidendum est , ne  
dum ad res discendas festinant , eloquentiæ  
curam negligant , & malè affectato compen-  
dio in maxima incident dispensia: neve alte-  
utra cognitio alteram confundat , obruatq;  
Igitur prior ætas memoriam , qua parte plu-  
rimum

rimū valet, excolat; cōsequens vero, ubi inge-  
ni, ac iudicii vis paululū adolescere incipit, ad  
eloquentiæ, ac scientiarum sacra ducatur .

Ad Meim: prēter linguæ studia, spectat Hi-  
storia hominis. Hec vero triplex, Sacra cuius  
finis Religio: Civilis, ex qua Prudètia : Natu-  
ralis, unde Philosoph., atq; artes proficiscun-  
tur. Historiæ nō quidē absolutâ (id enī totius  
vitæ opus est) sed rudi, verū utilissimâ notitiâ,  
informabit Nobiles Pueros peritus , nec se-  
gnis Præceptor; si id gradatī, & ordine faciat,  
& per quotidianas lectiones sēsim laborē di-  
scēdi dispēset . Cū vero ingeniu se exerere  
cæperit , Eloquētię prēceptis instituet, cui ja  
uberrimā rerū sylvā priorū anorū industria  
subministrabit. Ubì autē ad sciētias adoleve-  
rit, nō in scholasticę disputationis tricis ingra-  
tissimo labore detineatur; sed per universam  
naturam , morumq; cognitionem excurrat.  
Que methodus si aptè in scholis adhibeatur,  
mirum quantum frugis capture sit Juventus  
magno sui, atq; Reipublicæ bono. Hæc igi-  
tur esto ânui study scholastici œconomia .

IN CLASSE PHILOSOPHIÆ NATU.

**C**Orporis, naturā, ac proprietates genera-  
tū, ex libello de hoc argumēto edito par-  
vo quidem mole, sed succi pleno, explicatio .  
Mox particulares Naturaliū corporū species  
suspenso gradu contemplabitur, Celum, Af-  
tra, Elementa, Mixta, animata prēfertim (ubi

exacta sensuum, atq; affectuum descriptio) animi, immortalis natura, atq; functiones. Quae omnia in frequentes disputationes, ad vim ingenii excitandam, deducentur,

Et quoniam sine Mathematicarum disciplinarum praesidio natura intelligi nequit; pulcherrinam hanc, atq; verè nobilem sciendi partem eruditus Institutior non omittet.

#### IN CLASSE PHILOSOPH. MOR.

**A**Ctivæ item Philosoph., nimis præstantissimæ humanæ vitæ moderatricis, Ethicæ, tum Politicæ gustū dabit Præceptor ex ipso Aristotelis codice, cum Mauri interpretatione, indicemq; veluti intēdet, quibus maturior ætas proluatur.

#### IN CLASSE RHETORICES.

**B**Revissimis dicendi præceptis ex Tullio, atq; Aristotele defumptis, memoriæque infixis, curam omnem exercitatio occupabit, imitatione nimis, ac Stylo: altera optimum dicēdi artificium eruet ex Orationibus Ciceron., præsertim pro lege Manilia, pro Marcello, pro Archia, pro Sexto Roscio, quas analyticâ methodo resolvet; alter quotidiano usu explendescet. Admonebit interim feriò preceptor, quo modo Auctorum lectio, sit cum fructu instituenda; & tum verborum, tū sententiarum, atq; argumentorum delectus ex arte faciendus, memorięq; aut Promptuaris commendandus.

Sed

Sed Poetarum lectio non omittenda, à quibus spiritus, vigor, atq; sermonis lumina. Quare Claudianum exponet lib. de Consul. Hon 3. & 4. ubi vitam succrescentis in maximis spes Honorii, ac præclara Principis officia adnotare fas est. Item Horatii Sermones, in quibus hominum vitia, moresq; veluti in speculo, intuebitur; ex Historicis Livium explanabit, ubi, præter eloquentiae lacteo fonte manantis haustum, Romani Imperii incubacula, ac virtutes, tum crescētis, & adulti vita, malorum causas, attentiūs advertet.

#### IN CLASSE HUMANITATIS.

Epistolarum contexendarum habitum magis ex prudenti exercitatione, atq; imitatione, quam ex inanibus scholæ tractatibus Discipuli efformabunt, tam in latina, quam in vernacula lingua. Instar Præceptorum omnium erit Panphilus Persicus, aureo libro de hac re. Criæ verò construendæ tum Regule, tum argumenta præscribentur ea methodo, ut nunquā vel à Tullii exemplis, vel à præclara aliqua sententia, aut insigni facinore abeant.

Libri Ciceronis de Officiis prima jacient moralis scientię semina, nec non flores offendit latinæ Elegantiæ.

Ovidius de Trist. facilem illam Poeticæ venam teneris animis instillabit.

Iulii Cesaris Commentarij non minus

Ros.

Romanę linguę puritatem , quam heroi  
summi Imperatoris gesta ponent ab oculo

## IN CLASSE GRAMMATICÆ .

HÆC prior , imò potior educationis c  
ra, non ex eo tantum, quia latinam lingua  
edoceat (quod necessarium quidem, sed pa  
est ) verùm quia fundamenta ponere deb  
solidè sapientię consecuturæ. In ea igitur h  
principiū spectanda. 1. vt non solum Vocū si  
num, sed vim, ac notationem Pueri ediscan  
2. Vt non vocabula modō coñunia, sed ple  
raque etiam, quæ ad eruditionem pertinent  
memoriæ mandent. 3. Vt cū latinæ lingua  
etiam italicę notitia, faltem rudis, habeatur  
quo nihil facilius, verùm si desit, nihil turpi  
us 4. vt per tabellas, ac ludos, quibus tenerau  
x̄tatem ad rerū cognitionem informare ian  
pridem studuit ingeniosorum hominum in  
dustria; nauis Preceptorū sēnsim , cum volu  
ptate Discipulis optimarum rerum gustur  
præbeat 5. ut dictata, quæ solent præscribi  
vel ordinatam alicuius Historię seriem pau  
latim exponant , vel certè singula eruditum  
quid, vel acutum, vel similitudinem ad mori  
cultum, aut sermonis ornamentum exhibeāt.  
6. ut summā diligētiā, & vivā voce, & scripto  
egregii latini Auctores in vernaculā linguę  
transferantur, atque in hac utilissima exerci  
tatione nulla sit dies sine linea. Postremò, ut  
re&ascribēdi, atq; pronunciādi ratio in utraq;  
lingua tā latina , quā Hetrusca religiosè ser  
vetur.

IN

## IN CLASSE SVPER. GRAMMAT.

Alvari editiores Reg. Cicer. Epist. Justinus.

## IN INFERIORI.

Humiliores Alvari Regule, Æsopi Fabule  
tantopere ab Aristotele commendatæ.

## MONITVM DE HIST. EDISCENDA.

Cū Historiæ studio præmittēda omnino  
sit universalis quædam tūm orbis terrarum ,  
tūm temporum delineatio ; facile erit pueris  
rem ex se suavem, ac facilem percipere, atq;  
lectionibus perpetuis manē , & à prandio ,  
Chronologiam ediscere, per partes, ac secula  
dispertitam; & quoniam eo in argumēto in  
numerī desudarunt, obujum erit ea feligere ,  
quæ pietatem, moresque forment , necnon  
eloquētiā, ac prudētiā alāt consequētis etatis.

Sed quoniam inter scientias omnes emi  
net Scientia salutis , hōc est finis , ad quem  
conditi sumus consequendi; adhī Religiosus  
Ephorus, qui in id totus incumbet, ut Chri  
stianè sentiēdi, atq; vivendi monita præbeat,  
& frequenti Sacramentorum usu ad solidam,  
probitatem Adolescentes instituat.

s \* s \* s \* s \* s \* s \* s

Vidi Ego Franciscus Castracanius Canonicus

I.V. D. & S. Inquisitionis Consultor pro  
Reverendiss. P. Inquisitore Ferrarię, & ju  
dico posse imprimi. Hac die 5. Nov. 1691.

Imprimatur.

F.A. Leonius Inquisitor Ferrarię.

D. M. Gattus Can. Vic. Capit.